



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Speculu[m] officii misse expositorium**

**Johannes <de Lambsheim>**

**Heidelberg, 1495.06.29**

Alia oratio

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30862**

Vulnera tua sint mihi cibus et potus  
quibus pascar inebriar et delecter. Asper-  
sio sanguinis tui sit mihi ablutio omnium  
peccatorum meorum. Vires tuae sit mihi vi-  
ta et gloria sempiterna. In his sit mihi  
refectio et exultatio. sanitas et dulcedo.  
studium et gaudium desiderium et solacium cor-  
dis mei nunc et semper. Qui vivis et regnas cum.

**A**ii. O sacrum paschuum in quo christus sumit  
recolit memoria passionis eius. mens imple-  
tur gratia et future glorie nobis pignus  
datur. *Psalmus.* Panem celi dedit eis. Panem  
angelorum manducavit homo. *Oratio*

**D**eus qui nobis sub sacramento mi-  
rabili passionis tue memoriam reliquisti.  
tribue quoniam ita nos corporis et sanguinis  
tui sacra mysteria venerari. ut redemptionis  
tue fructum in nobis iugiter sentiamus.  
Qui vivis et regnas.

### Alia oratio

**G**ratias tibi ago domine deus pater  
omnipotens piissime quod fecisti me indi-  
gnum famulum tuum hodie fieri par-  
ticipem sanctissimi corporis et sanguinis fi-  
lij tui domini nostri iesu christi. te deprecor benignis-  
sime pater doce me in hoc seculo sobrite iu-  
ste pie et caste vivere. veram humilitatem pa-  
tientiam et benignitatem cunctis exhibere.  
bonum exemplum alijs prebere. ut omnes boni-  
tatem tuam in me cognoscetes glorificent no-  
men tuum quod est benedictum in secula. San-  
cte deus. sancte fortis. sancte et immortalis  
miserere mihi famulo tuo. Et divinum  
nunc auxilium maneat semper mecum. Amen.

### Alia oratio

**L**aus tibi sit o fons vite vivens.  
vena dulcedinis inebriante tibi  
lulus meritis. decor et sapor angelo-  
rum. gaudium et consolatio omnium sanctorum iesu  
christe. quod me pauperem et exule celestium consolatio-  
um. angelorum ferculo hodie associasti. et  
immortalis cibo potumque corporis et sanguinis  
tui satiasti. Per hanc commotionem me queso

ab omnibus vitiis purges. et ab insidijs hosti-  
um visibilium et invisibilium custodias. Do-  
na mihi scelera mea perfecte cognoscere et  
confiteri. tribue dolere. pro peccatis preteritis  
cauere de futuris. libera me ab omnibus deli-  
ctis meis. atque me in tuis gratijs ac dona-  
tionibus. operibusque bonis tibi placitis conser-  
ves. tuam in voluntate doceas. et aie me  
quam modo dulciter sentio esse refectam cum d-  
es extremus fuerit dux et benignus et defen-  
sor existas. et ipsam in regnum celorum venire  
facias ubi te laudare possit cum sanctis om-  
nibus pro omnia secula seculorum. Amen.

### Alia oratio

**A**ya nunc pro cor te piissime deus pro  
omnibus familiaribus et amicis meis  
ut pro adiutricem huius sacri virtutes  
eos dirigas ad eternam salutem. Precor te  
mitissime deus pro omnibus bonis hominibus. ut pro  
confirmatricem huius sacri virtutem confirmes  
et munias eos ad eternam salutem. Precor  
te benignissime deus pro peccatis vivuer  
sis. ut pro reparatricem huius sacri virtutem. res-  
pares et revertas eos ad eternam salutem.  
Precor te clementissime deus pro omnibus fi-  
delibus defunctis ut pro liberatrice huius  
sacramenti virtutem liberes et absolvas eos  
a malis et a penis. et ad eternam producas  
salutem. *Dei domine deus orans oratio te instanter*  
pro hoc sanctissimo sacramentum tuum. ut  
speciales meos specialiter velis visitare et  
bonos in bono confirmare. et malos a ma-  
lo revocare. et purgandos a purgatorio li-  
berare digneris pater misericordiarum. per  
tuam ineffabilem maximam misericordiam in  
eternum. Amen.

### Oratio post missam

**I**neffabilem misericordiam tuam domine  
iesu christe humiliter exoro. ut huius  
sanctissimi corporis et sanguinis tui sa-  
cramentum quod suscepi indignus. sit mihi pur-  
gatio scelerum. sit fortitudo fragilium. sit con-  
tra mundi pericula firmamentum. sit impe-